



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Eckivs Impvgnator.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

C O N T R A D . I O A N

- 47 Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum.  
48 Qui facit quod in se est, facit quod deo displicet, men-  
titur, obloquitur, ac sibi officit.  
49 Ex præmissis infertur, quod bona operatio non uolu-  
tati humanæ, sed diuinæ debet simpliciter attribui.  
50 Bonus actus, ut aiunt, quantum ad totam suam entita-  
tem, hoc est, totus, attribuitur deo.  
51 Illi autem qui uoluntati substantiam actus, ut Capre-  
lus, & Scotus, modum uero seu entitatem minorem deo at-  
tribuunt, quod maius est sibi ipsis, quod minus, nè dicam se-  
ces, deo deputant. Ex propositis infertur ad destructionem  
illius quod penes Scotum legimus, uidelicet, quod uolun-  
tas est principalis causa, quantum ad principalitatem entita-  
tis in bono opere, secus quantū ad principalitatem esse me-  
ritorij. Scotus & sequaces in i. & Capre. ij.

Infertur quoq; aduersus eos, qui Augustinum diuellunt  
ne dicam, corrumpunt, exponentes eius dictum, ipsa gratia  
augetur, ut aucta mereatur perfici, comitante non duente  
pedissequa, non præuia uoluntate, dicentes, quod uoluntas  
est pedissequa quantū ad relationem meritorij, de qua Au-  
gustinus non cogitauit.

R. P. D. MARTINVS LV THERIVS.

Igitur Papa per remissionem omnium pœnarum, non sim-  
pliciter omnium intelligit, sed a seipso impositarum.

E C K I V S I M P V G N A T O R.

Immo oppositum, quia uel intelligit pœnas canonum solum ac  
cumulatiue, ad pœnas a deo impositas concurrere, iam laqueus, nō  
salus eset in canonibus pœnitentialibus, aut uult eos declaratorios  
sicut in ueritate sunt, & ipse non attendit, iam remittendo pœnas ca-  
nonum, aliquas pœnas remittit.

D. ANDREAB BODENSTEINII ARCHI-  
diaconi Vuittenbergenfis apologeticæ proposi-  
tiones, pro R. P. D. Martino Lutherio.

¶ Eckius dum in canonibus non laqueum, sed salutem esse